



Q. D. B. V.
PRÆLOQUIUM.



Non mirum est, nobilissima ingenia, quin Principes etiam viros, ac Monarchas potentissimos picturis delectari, eisque in deliciis habere: Est enim ars pictoria omnium ingeniosissima, & propè (si ita loqui fas est) ad divinas operationes accedens. Nam sicut Deus, pro infinita sua & scientia & potentia, ex nihilo elegantissima maximeque mirabilia produxit opera, ita Pictura, nudâ in tabellâ, quicquid lubet, efficit, representans purissimas astrorum scintillationes, varias luna facies, aureum solis jubar, meros meteororum lusus & stupendos cometarum habitus. Eadem & fulminibus armat cœlum, & grandinem precipitat, & nivem spargit, & pluviam effundit, & aëris serenitate spectantes oblectat. En porro, quam limpidas formet aquas, quam stridulos fontes, quam leniter fluentis flumina, quam multa animantium, que in aquis vivunt, genera! Ecquid in terra est, quod ipsa non pariter effingat? Jam floribus tellurem spargit, jam fructibus ditat, jam glacie constringit atque involvit: Modo colles elevat, modo juga montium erigit, modo ambulacra ponit: Heic millenas animalium varietates promit, illic homines sistit, creaturas ad unam omnium nobilissimas, ad eò scitè & affabre, ut iis præter vitam deesse nihil videatur. Ita omnia, quæ vel sunt, vel fuerunt, quid? etiam quæ futura sunt, tenui penicillo & paxillo coloris pro lubitu efformat, oculisque nostris, ad stuporem usque, subjicit, ut Creatoris Imitatricem hæud fortassis immeritò dixeris. Imò etiam spirituales illas substantias, quas Angelos appellamus, Deumque ipsum Opt. Max. quæ se manifestavit in verbo suo, & Artificialia quoque quorum itidem

infinite est numerus, absq; temeritatis nota delineare audeat. Sed, ut
 nibile est ab omni parte beatum, ita divina hæc Ars suos quoq; habet
 nevos, dum sapius contra Historiam non tantum profanam, sed etiam
 Sacram delinquit; quanquam id potius Artificibus, veritati rerum
 gestarum non satis semper intentis, quam Arti ipsi tribuendum est.
 Nos & hanc & illos veneramur, quantum par est, & astimamus, sed
 magis tamen Veritatem. Cujus gratia dum aliquot circa Historiam
 Sacram errores, in excellentissimorum pictorum operibus à nobis ob-
 servatos indicamus, tantum abest, ut cordatiores nobis id vitio ver-
 suri, ut potius, plures ab aliis (sicut & ante nos factum est à Viris do-
 ctissimis) quò notentur atq; manifestentur, desideraturi sint; modo fiat
 absq; sugillandi & cavillandi studio: quod à nobis sanè procul abesse
 jubemus.

Neque est, quod quis statim heic in limine objiciat, nos hac ratione,
 ut proverbio dicitur, aërem verberare & cum larvis pugnare, id
 quòd pictoribus atq; poetis quidlibet audiendi semper equa fuerit po-
 testas; ad: oq; (ut judiciosissimus THOMASIVS in Diss. de Fab. Poët.
 §. 7. inferi) patiendum esse, ut pictores veris imaginibus ve-
 stes fictas, aut alia abs se excogitata ornamenta, quæ nihil
 tamen occulti significant, appingant; sive (ut doctissimus
 MOLANUS sentit lib. 2. de Hist. SS. Imag. c. 20.) in picturis multa
 rectissime apponi, non significandi quidem causa, sed ad com-
 plementum & debitum ornamentum ipsius imaginis: Nam
 ut hæc libenter concedimus, ita exinde nondum probatum est, ferenda
 esse omnia pictorum à magis huata. contra ipsius etiam Historia S. ve-
 ritatem commissa; quibus ita stantibus pictura profectò non amplius
 Laicorum Biblia fuerint, sed deceptio, atq; seductio. Et quamvis
 pleriq;, aut saltem aliquot pictores adeò dure sint cervicis, ut meliorem
 in bisce informationem admittere recusent, de quibus ita B. DIL-
 HERRUS noster T. 1. Dissp. p. 723. Quisquis pictorum nostrorum
 ruditatem voluerit corrigere, is profectò otium desperave-
 rit omnino: adeò ineruditi sunt plerique, adeò cognitionem
 omnem

omnem at
 laud pauci
 moniti, bau
 fabulam, on
 Sacra verita
 quò turpius
 Verbi Divini
 atq; adhortat
 libere silent
 ut corrigam
 ripiatur. Sed,

T Riplic
 more
 ipse n
 eum
 tes proponu
 sum peccatur
 lum in manu
 mum attinet,
 Gen. III, 6 : 7
 suos secum & ipsi
 medendo fruct
 non opus habi
 vam concupis
 sunt. Idque et
 jama Protople
 וְהָיָה אֲדָמָה
 וְהָיָה אֲדָמָה
 וְהָיָה אֲדָמָה

omnem antiquitatis turpiter abjecerunt: alii tamen etiam, iugiter baud pauci, reperiuntur, quos æquus amavit Jupiter, quisq; meliora moniti, baud gradatim auscultant. Ego etiam, nos surdis narrare fabulam, omnesq; illos esse incorrigibiles, propterea tamen Historia Sacra veritas non erit nobis deferenda, sed potius eò acrius defendenda quò turpius ab illis negligitur atque contemnitur; ad eum modum, quæ Verbi Divini præcones tantò magis instant pariter debortationibus atq; adhortationibus suis, quanto duriores ac pervicaciores sese exhibere solent Auditores. Ne dicam, nos non tam pictoribus scribere, ut corrigantur, quàm studiosæ Juventuti, ne illorum picturis desipiatur. Sed, agite, ad rem ipsam accedamus.

I. ADAM & EVA.

Triplicem errorem errant pictorum nonnulli in Adamo representando: 1. Dum ita eum delineant, quasi ipse manum extenderit ad fructum vetitum. 2. Dum eum & uxorem Evam de fructu illo adhuc comedentes proponunt obtectis genitalibus. 3. Dum iis post commissum peccatum, in statu miseræ constitutis, unicum ficus folium in manus dant, quo tegant pudenda. Nam quòd primum attinet, Scriptura dicit, mulierem viro dedisse edendum Gen. III, 6: לְאִשָּׁה עִמָּהּ וְהָאָדָם יָכַל אֵת אֲשֶׁר אָתְּתָהּ לָהּ. i. e. Et dedit etiam viro suo secum & ipse comedit. Deinde quia antequam vetitum comedendo fructu prævaricati essent, nihil pudendi in iis erat, non opus habebant tegumento membrorum, quæ ob pravam concupiscentiam inibi postea regnantem, pudenda dicta sunt. Idque etiam Moses testatur, descriptioni consummatam à Protoplastis peccati hæc subiiciens v. 7. וַתִּבְרָא אֱלֹהִים אֱדָם וְאֵת אִשָּׁתוֹ וַתְּכַסֶּה אֱלֹהִים אֶת אֲדָם וְאֶת אִשָּׁתוֹ בַּחֲמֵשׁ עֵץ עֵדֶן. i. e. Et aperuerunt sese oculi amborum, noveruntq; se nudos esse, & cons-

ut is foliis ficulneis fecerunt sibi subligacula. Quæ ultima verba pariter nobis inferviunt ad evitendum tertium errorem, indicantia, non uno, sed pluribus foliis, iisque instar subligaculorum confutis, ad vestienda genitalia usos esse primos parentes, cætero corpore adhuc nudos, sicut & hodie Brasiliiani incedere solent. Quanquam, quod ad secundum attinet, culpa careant pictores, si honestatis causa partibus pudendis folium induant, spectantes non tam facti veritatem, quam quod maximè conveniat moribus nostris.

II. ISMAEL.

Ismaelem unâ cum matre è domo paterna ejectum, confumtâ verò aquâ, præstiti jamjam moriturum solent nobis exhibere pictores in forma pusionis seu infantis; sed (quod pace ipsorum dicere liceat) minus rectè. Nec enim verba. Gen. XXI, 14. וישכם אברהם נבקר ויקח לחם וחמת מימיו ויתן אל-הגור שם על-שכמו ואת-הילד. i. e. *Et surrexit Abraham summo: mane, & tulit panem & utrem aquæ, & dedit Hagara, posuit super humerum ejus, & puerum*, ita sunt intelligenda, ac si, ut alimenta, ita & Ismaelem, eò quod infantulus esset, qui ambulare non sustineret, humeris matris imposuisset Abrahamus, sed quod ei dederit, seu una cum illâ exire jusserit filium quoque. Ut adeò voces duæ & puerum construi debeant, vel cum verbo dedit, ceu *Nostrates* sentiunt, vel cum verbo tulit, ut *Vatablo* placet in versione istius loci. Quare & reliqua, quæ habentur v. 15. וישלך את-הילד i. e. *Et projecit puerum*, & v. 18. קומי שאי את-הנער והחזיק את-ידך ב: i. e. *Surge, tolle puerum*, & apprehende manu tuâ ipsius, non hunc habent sensum, quasi derelicta Hagar filium ab humeris abjecerit, eundemq; mox ab Angelo edocta in ulnas receperit portaveritq; , sed, quòd eum, qui præ siti & ardore progredi amplius non poterat,

atque

atque inde j
quadam, ut
demque, m
rit, duxerit
do alter ex l
tu grandior
rum, si Isaac
ut observat.
qua ratione t
dignum exili
ter bonum &
illet: Etenim
Ismaelem vid
natione eoru
nus dederit fil
lanitæ Insu; si
ceptâ; five de
ci; five denic
excepit, intelli
buisse, atque a

T
Qui præ cæ
tantum tabula
gum hebraicis
dem in anteri
pra Dei cultum
erga proximu
hoc, quot pra
tante Script
quod tabulæ ill

atque inde jam febrī laborare cœperat, reliquerit sub arbore quadam, ut saltem sub umbra ejus placidius moreretur, eundemque, mox læto angeli nuncio erecta, manu apprehenderit, duxeritque, uti ambulantes facere solent, in primis quando alter ex langvore debilis est. Et illo sanè tempore jam natu grandior erat Ismaël. Erat enim facile octodecim annorum, si Isaac anno quinto ab lactatus est, vel sedecim, si tertio, ut observat. S. AUGUSTINUS q. 53, in Gen. Neque videmus, qua ratione tantum ei delictum, quod ipsi justissimo Numini dignum exilio visum, tribui possit, si adhuc in infantum, inter bonum & malum discernere non valentium, numero fuisset: Etenim eo p̄se die, quo Sara Isaacum ab lactabat, ipsa Ismaëlem vidit *קמצמ* *irridentem*: v. 9. Quod sive de subnatione eorum, qui Abrahamo, quod ei in senectute Dominus dederit filium, gratulabantur; sive de lasciviæ & petulantia lusu; sive de altercatione cum Isaac ob hæreditatem cœptâ; sive de irrisione, qua contemptim habuit pietatem Isaac; sive denique de persecutione, qua probum fraterculum excepit, intelligas, indicio est, eum jam satis rationis usum habuisse, atque adeo nuces, quod ajunt, reliquisse.

III.

TABULÆ MOSIS.

Qui præ cæteris accurati esse cupiunt pictores, Mosi non tantum tabulas Decalogi tribuunt, sed ipsum etiam Decalogum hebraicis characteribus in tabulis illis pingunt, & quidem in anterioribus earum faciebus, ita ut in alterâ præcepta Dei cultum exigentia, in altero vero reliqua, quæ officium erga proximum præscribunt, sese offerant. Quamvis verò de hoc, quot præcepta in unaquaque tabula fuerint insculpta, tacente Scriptura, nihil certi afferre liceat, de eo tamen, quod tabulæ illæ ex utraq; parte fuerint scriptæ, vix dubitare possu.

possumus, cum Moses dicat Exod. XXXII, 15. quod sibi in manu fuerint: **תחת כתבים משני עבריהם מן המורה הם כתבים** i. e. *tabula scripta à duobus lateribus suis, hinc & inde scripta erant.* Nam si nihil aliud dicere voluisset Moses, quam hoc, singulas tabulas in altero duntaxat latere scriptas fuisse, quid opus fuisset additione horum verborum, *à duobus lateribus suis, hinc & inde scripta erant?* Illud enim, quod tantum interiores earum facies scripturam continuerint, vel è duabus vocibus **תחת כתבים** *tabula scripta*, satis jam superq; constare potuisset. In eandem sententiam eunt varia doctrina insignes Viri PAULUS FAGIUS & CORNEL. JANSENIUS Comm. in h. l. ita quidem, ut hic existimet, sibi etiam favere Fl. Josephum l. 3. Ant. Jud. c. 4. *Si (ut ait) Græca attendantur.* Sed (quod pace ejus dixerim) fallitur; Græca enim hæc sunt: **καὶ λόγων, ἃς Μωϋσῆς ἐποίησεν δύο πλάξιν γεγραμμένας κατέλιπεν** i. e. *& verba sive præcepta, quæ Moyses duabus tabulis inscripta reliquit.* Ac paullo post: **ταῦτ' εἶπον δύο πλάξας αὐτοῖς ἠπιδείκνυσιν, ἐγγεγραμμένας ἐχούσας τὰς δέκα λόγους** i. e. *His diebus profert duas tabulas, continentem decem præcepta inscripta.* In quibus profecto ne γεῖ quidem de eo, utramq; utriusque tabulæ columnam scripturam repletam fuisse. Sed neque etiam opus est nobis suffragio Josephi, quum, præter allatam rationem, etiam S. Codicis Interpretes in sententia nostra satis nos confirmet: **LXX. πλάξας λίθιναι κατὰ γεγραμμένα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν αὐτῶν, ἕνθεν καὶ ἕνθεν ἦσαν καταγεγραμμένα.** ONKELOS Chaldæus, ex versione Fagii: *tabula scripta in duabus superficibus suis, hinc & hinc erant scripta.* LUTHERUS: *Die waren geschrieben auff beyden Seiten.* VATABLUS: *tabula scripta ex utroq; latere earum, hinc & inde erant scripta.* PISCATOR: *Die waren beschreiben auff beyden Seiten / hie und dort waren sie beschreiben.* BELGICUS: *Dese tafelen waren op hare beyde zyden beschreven, sy waren op d'eene, ende op d'ander zyde beschreven.* Et ANGLICANUS: *The tables were written on both their sides; on the*

one

one side an
eum mod
nimirum
tabularum
aliorum, q
volumus,

SI

Num)
nus contra si
fille **וְשֵׁנִי**
magna popul
lore igneo ex
ci, non à col
quendam inte
VATABLUS
Clarius, Grot
rum aliqui, no
mnes, De tal
Orn,

UVA

Explorato
misi, cum pe
varum, quas
memores exci
suspensum port
tè exprimit, q
quatuor vectes
pilos fixerete

one side and on the other were they witten. Omnes enim isti ad eum modum, quo nos, videntur intellexisse sacrum fontem, nimirum non tantum intus, sed etiam foris, seu in utraque tabularum facie verba Decalogi fuisse exarata. Salva tamen aliorum, quibus aliter videtur, auctoritate propositum hoc volumus.

IV.

SERPENTES IGNITI.

Num XXI, 6. legimus, Deum rebellibus, & non minus contra se, quàm Mosen murmurantibus Israelicis immisisse הכשמים השרפים i. e. *serpentes ignitos*, qui morsibus suis magnæ populi multitudini necem intulerint. Eos itaque colore igneo exhibent pictores. Sed scire debebant, *ignitos*, dici, non à colore, sed *ab effectu, quod morsu inducerent colorem quendam intensissimum in carnem affectam veneno illorum*, ut VATABLUS annotat ad h. l. Cum quo consentiunt Münsterus, Clarius, Grotius, aliq; Viri docti. Erant scilicet presteres, quorum aliqui, non nego, rubei igneive sunt coloris, sed non omnes. De tali Lucanus lib. 9.

Oraq; distendens avidus spumantia prester.

V.

UVA MAGNA CANANÆA.

Exploratores ad Dei mandatum à Mose in terram Canaan missi, cum pervenissent in vallem, qui postea à præstantia uvarum, quas produxit, vocatus fuit *Escol*, præcepti Mosaiici memores exciderunt botrum prægrandem, eumq; palanga suspensum portaverunt bini. Idque pictorum penicillus rectè exprimit, quin melius quàm nonnulli Rabbinorum, qui quatuor vectes, unde pependerit racemus, & sub iis octo bajulos finxere: de quib; videatur ó παύ WAGENSEILIUS noster

B

ia

in Sorâ p. 707.) Sed in eo vel deficit, quod unâ cum racemo non exhibet palmitem; vel excedit, quod veſti præter botrum appendit & molagranata & ficus ejusdem terrâ, cum tamen Moſes ita ſcribat Num. XIII, 24. *ויבאו עד גחל אשכול ויכרתו משם זמורה ואשכול ענבים אחריו שארו במוט בשנים ומן הרמנים ומן החאנים* i.e. *Et venerunt usque ad vallem Eschol, & exciderunt inde ramum & botrum uvarum unum, & portaverunt illum veſte in dobus: & de malogranatis & de ficibus.* En botrum non nudum, sed juxta cum illo excisum ramum seu fermentum vel palmitem foliis suis instructum, nimirum ut hac ratione facilius è veſte appensus portaretur, & adſpectui eſſet gravior. Reliquos fructus exciſos quidem cum uva, dicitur, sed juxta eam appenſos, non item.

VI.

SIMSON.

Nobilissimi cujusdam pictoris manus artificiosissima, tragoediam Simsonis fortissimi Hebræorum repræsentatura, pro strato vel sella ei tribuit nudam terram, pro cervicali finem amasiæ Delilæ, datâ huic in manum novacula, qua capillos ejus abraſerit. Verùm, quod ultimum hoc attingit, contrarium videtur testiſta Historia ſacra. Sic enim legimus Jud. XVI, 19. *ותישנתו על ברכיה ותקרא לאיש ותגרוח את שבע מחרפות ראשו.* i.e. *Et dormire fecit cum super genua sua, & vocavit q̄ virum, & radi fecit septem circinnos capitis ejus* autem sive vir erat tonsor, docente Vatablo; quid? ipsis LXX. Interpretibus, qui verba illa: *Et vocavit virum*, sic reddunt: *καὶ ἐκέλευσε τὸν κερεαι.* e. *Et vocavit tonsorem.* Atque hos *ἔπινε* sequitur Vulgatus. Eodem sensu Lutherus: *Und sie ließ ihn entschlaffen auff ihrem Schoß/ und rieff einem/ der ihm die sieben Locken seines Hauptes abschore.* Et Anglicana Verſio: *And she called for a man, and she caused him to shave off the seven lock*

of

of his head.
Equidem n
Rafit) per to
num. Aut i
fecit; ut su
SCHINDLE
cul dubio im
relinquere n
ſic cum in Scr
quod quis per
atinet, ſede
pie, an potit
miſer amato
ligi poteſt ver
cum fecit ſupe

SI

Si Apell
Solannam ac
tremæ erant
ſirmis, ut per
uno verbo m
Equidem tan
ſenectute am
inconvenient
& frigida emc
Sed unde id pr
no. Seniores
quandoque Sa
ſemper atas. l
lin genere,

of his head. Unde clarum est, ipsam vices tonsoris non obiisse. Equidem non ignota est nobis doctissimi DRUSII annotatio: Rafit) per tonsorem id est radicavit. Nam est verbum femininum. Aut ipsa hoc fecit, sumens novaculam à tonsore. Aut radi fecit; ut sit verbum transiens in tertiam. Cum quo etiam facit SCHINDLERUS in voce, גרף. Sed foeminae artis radendi procul dubio imperitæ novaculam tradere, vel à pictore traditam relinquere non audemus: præsertim quum nihil frequentius sit cùm in Scripturâ sacrâ, rùm in vulgari sermone, quàm ut, quod quis per alium facit, id ipse fecisse dicatur. Quod situm attinet, sedensne in terrâ, reclinato in sinum Glycerii sui capite, an potius cubans in lecto ante genua illius ponendus sit miser amator, in medio relinquimus: utrumque enim intelligi potest verbis ante citatis: והישנהו ער ברכיה i.e. & dormire eum fecit super genua sua.

VII.

SUSANNAE AMASII.

Si Apellis filiis credimus, duo illi viri, qui libidine erga Susannam accensi, pudicitia ejus vim inferre attentabant, extremæ erant ætatis, cani, tremuli, calvi, oculisque senio ita infirmis, ut perspicillis eos armare necesse haberent, atque, ut uno verbo me expediam, silicerniis quàm viris similiores. Equidem tanto gravius fuisset eorum delictum, si in summa senectute amori operam dare non erubuissent: quum nihil sit inconvenientius, quàm si nivei capilli libidinis æstu flagrent, & frigida emortuaque membra pruritu amoris exponantur. Sed unde id probabitur? an ex eo, quod Dan. XIII, 5. *πρεσβύτεροι*. Seniores vocantur? Veruntamen quis nescit, Senectutem quandoque Sapientia nomen habere, quia in senioribus non semper ætas, sed prudentia respicitur, & *πρεσβύτερος* appellari, 1. in genere, ætate proveciores. 2. in specie, gubernatores

alicujus populi? Et quod vox *πρεσβυτέρων* l. c. huc restringenda sit, ostendunt verba consequentia, quando dicitur, eos fuisse isto anno Judices constitutos: *καὶ ἀπεδείχθησαν δύο πρεσβύτεροι ἐκ τῆ λαῶ κριταὶ ἐν τῷ ἔαυτῶ ἐτείῳ*, id est *Et designati sunt duo seniores ex populo, judices in illo anno*. De iisdem dicitur, quod, dimittente puellas suas, solaque remanente in horto Susanna, *ἐπέδραμον αὐτὴ ἰncurrerint in eam*. v. 19. & de eorum altero, quod, fortiter, constanterq; arcem castitatis defendente illâ, *δρομῶν currens* v. 25. aperuerit portas horti. Quo autem modo ita currere sustinuissent, si valdè fuissent senes, languidi, exsuccii, decrepiti, & de ponte deijciendi? Pingantur itaque forma virili, si placet, aut senili, sed eâ, quæ aliquid virium adhuc habeat, nec historiæ è diametro repugnet. Si tamen historia illa non fabulam sapit. Evolve omninò celeberrimi, omniumq; (ut ipse ex vero scribit) cum intra, tum extra Imperium Romanum Protestantium Theologorum jam *πρεσβυτέρων*, D. CALOVII Biblia Illustrata, & quidem Vet. Test. Tom. III. p. 183.

VIII.

JESUS INFANS.

Locum, in quo Jesus à Magis adoratus, repræsentatur pictores, stabulum fingunt, existimantes, in eodem, ubi natus, cultum quoque præmiisq; mactatum fuisse. Atque ita quidem sentiunt ex doctis etiam haud pauci; nec desunt Antiquitatis testimonia. Sed quibus Scriptura potior est, aliter statuendum erit, nimirum præstitam esse illam adorationem in domo, quæ erat in vico Bethlehem, atque, ut videtur, illud ipsum diversorium, cujus meminit Lucas II, 7. Nam confectâ descriptione, & hospitio, quod occupatum erat, discessione turbarum vacuefacto, probabile admodum est, Josephum & Mariâ, relicto stabulo, ad illud se atq; infantem transtulisse, sunt verba doctissimi CASAUBONI Exerc. II. ad Annal. Card. Baronii p. 148.

Scri-

Scriptura
non hoc ait
videt. i. e. E

JE

Parent
ipse reman
dam templi,
& quidem se
gabat, sive,
tâ, dicitur ad
inde pictores
collocant Jel
tibus & hum
ter Scriptura
Doctoris, sive
ter Doctores
parietes posu
lius ætatis, au
ex iis, quæ t
rus esset, ser
& hoc certum
ut, dum inte
multa docer
faceret. Unde
dient, sed ob
animadverte
lanti, inquit,
rum VII. dicit
rogans inspen
cure qui aude

Scriptura enim domus meminit, non stabuli, inque illam non hoc ait intrasse Magos, Matth. II, II. Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν. i.e. *Et intrantes in domum.*

IX.

JESUS XII. ANNORUM.

Parentibus Jesu à festo Paschatis domum remeantibus, ipse remansit, atque repertus tandem ab iis fuit in loco quodam templi, ad docendam legem ac disputandum deputato, & quidem sedens inter Doctores, quos audiebat & interrogabat, sive, ut Græca habent Luc. II, 46. Καθήμενος ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούων αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶν αὐτούς. Quid jam inde pictores? Cathedram struunt altiolem, in eâ puerum collocant Jesum, eumque docentem, ab ore ejus dependentibus & humi confidentibus Rabbinis. Sed hæc omnia præter Scripturam. Illa enim non dicit, eum occupasse locum Doctoris, sive suggestum, sed *sedisse in medio Doctorum* h.e. inter Doctores, hinc inde in subselliis altioribus, fortassis juxta parietes positis, confidentes; nec docuisse, sed pro ratione illius ætatis, *audivisse* docentes, & *interrogasse*. h.e. quæstiones ex iis, quæ tradiderunt, excitasse, ut videlicet, qui eos docturus esset, servatâ decentiâ discere velle videretur. Quanquam & hoc certum est ex v. 47. ita Jesum discipuli personam egisse, ut, dum interrogatus respondebat, magnos illos Magistros multa doceret, atque adè præludium quoddam officii sui faceret. Unde etiam factum, ut ipsi non admirabundi eum audirent, sed *obstupescentes*, & quasi extra se rapti. Utrumque animadvertens GREGORIUS M. 3. parte Pastoralis cap. 26. *Vigilanti*, inquit, *consideratione pensandum est, quod, cum Jesus annorum XII. dicitur in medio Doctorum sedens, non docens, sed interrogans invenitur. Quo exemplo scilicet ostenditur, ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit, qui per Di-*

vinita-

Divinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministravit. Similiter BEDA in cap. II, Lucæ: *Quasi fons scientiæ Doctorum medius sedet, sed quasi exemplar humilitatis, audire prius & interrogare Doctores, quam instruere querit indoctos. Ne etenim parvuli à senioribus erubescant discere, & ipse, ob ætatis humane congruentiam, hominibus auscultare non erubescit Deus. Ne infirmus docere quis audeat, & ille puer doceri interrogando voluit, qui per Divinitatis potentiam, verbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministravit.*

X.

JESUS BAPTIZATUS.

Miserè decipiuntur, qui picturis credentes, Jesum ita baptizatum fuisse existimant, ut Johannes in littore stans illius capiti inclinato, vix genua attingentibus aquis Jordani, paucillum aquæ vel adperserit, vel ex vase seu phialâ affuderit. Etenim βαπτίζω propriè & νεύω significat *mergere*; quo modo explicatur in Glossis vet. in operum quorundam Cyrilli calce inventis, atque ab Henrico Stephano primùm, deinde B. Vulcanio editis. Ubi & βαπτίζω, *tingo*, βαπτίζω, *inctus* exponuntur. Hinc & B. LUTHERUS in Serm. von der Tauffe / A. 1519. habito, Tom. I. Jen. Germ. pag. 183. Die Tauffe heisset auff Griechisch Baptismus, zu Latein Mersio, das ist / wann man etz was ganz ins Wasser tauchet / das über ihm zusammen gehet -- denn auch ohne Zweifel in teutscher Zungen / das Wörtlein Tauffe herkommet / von dem Wort Tieff / das man tieff ins Wasser sencket / was man tauffet. Das sordert auch die Bedeutung der Tauffe / denn sie bedeutet / das der alte Mensch und sündliche Geburt von Fleisch und Blut / soll ganz ersaufft werden. Jam verò de Johanne expressè dicit Scriptura, quod baptizabitur, i. e. immerferit, Matth. III, 6. Καὶ ὁ βαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ i. e. & baptizabantur in Jordane. Nec non v. 16. Καὶ βαπτίζεις ὁ ἰναὴς, ἀρθεὶς ἰν ὕδατι ἀπὸ τῆ ὕδατος, i. e. Et baptizatus Jeshu ascendit statim de aquâ

Si

Si ascendit
Joh. III, 2
lim, addi
pocuisse?
Totus itaq
eoque opo
18. dicitur
Vide de his
de Baptismo
vel peractum
non potest.

DI

Matth.

scilicet, cuj
studio Diabo
re solemus,
variis modis
formam esse
potestatem
nunc hireim
unguibus art
tarum substi
tergo caudan
& totum corp
eum sicut fo
poller ipse dia
ficum, heic q
tur enim acco
Nostrium T
quam modest

Si ascendit, oportet eum etiam descendisse in aquam, Item Joh. III, 23. dicitur, Johannem baptizasse in *Aenon* juxta *Salem*, additurque ratio, quæ ostendat, immersionem ibi fieri potuisse: *Ὁπὶ ἰδαλὰ παρὰ τὴν ἰνείν* i. e. *quia aquæ multæ erant illie*. Totus itaque *Jesús*, isque nudus, mersus fuit à *Johanne*, adeoque oportuit hunc descendere in flumen; sicut *Act. VIII, 38.* dicitur *utergz descendisse in aquam & Philippus & Eunuchus*. Vide de his prolixius differentem *Gerh. Job. VOSSIUM* Dissp. de Baptismo p. 31. & seqq. Semper autem baptismum mersione vel peractum esse, vel peragi debere, è dictis legitimè inferri non potest.

XI.

DIABOLUS TENTATOR.

Matth. IV. describitur, quomodo ὁ πειράζων tentator, ille scilicet, cujus officium est tentare, quem aliàs à calumniandi studio *Diabolum*, & ab hostili erga nos animo *Satanam* appellare solemus, accesserit in deserto ad Christum esurientem, & variis modis tentaverit eum seducere. Ubi equidem, quam formam assumerit, nihil extat scriptum. Interim pictores potestatem quidlibet audendi sibi vindicantes, caput ei imponunt hireinum, aures assuunt asininas, brachia harpyjarum unguibus armant, pedes supponunt caprinos, in locum plantarum substituunt iterum ungues rapacis alicujus volucris, tergo caudam appendunt modò breviorē modò longiorē, & totum corpus vestiunt villis hirsutis. Quid multis? adeò dirà eum sistunt formà, ut diriorē, ne quidem si vellet, induere vix posset ipse diabolus. Judicent eruditiores, an non satius esset, si eum, heic quidem, pingerent sub humano schemate. Dicitur enim *accessisse & loquutus esse*. Certè *JANSENIUS*, magni Nostratum Theologi judicid, scriptor non minùs eruditus quàm modestus, ad *Matth. IV, 3.* ita commentatur: *Accessisse*

corporeâ formâ, eâq; humanâ, svadent tum verbum accedendi, tum illa tum Christo colloquia. Cui consona sunt, quæ habet RAUPPILIS: *Qua autem, inquit, forma indutus jam apparuerit, qui scire possimus? Granatensis dicit, Cajetanum ex accessu collegisse, Damonem ad Christum venisse in forma Religiosi viri, sed incertum hoc est: dicere tamen ex textu possumus, in deserto Satanam apparuisse sub larva mendici, in monte sub larva potentissimi Monarchæ, in pinnaculo autē templi in specie devoti Theologastri.*

XII.

HYDRIÆ IN CANA

GALILEÆ.

Nuptias Canæ Galileæ, quibus unâ cum Matre virgine interfuit Christus ipse, ut nuptias sanctificaret, primumque patraret miraculum, commutando aquam in vinum, admirabiliter quidem vel à summis artis pictoriæ Magistris depictas videas, sed qui ἐξ ἰδίων aliquid addiderint, pro hydriis substituendo urceos portatiles: quasi, ut Christus omnipotenti virtute ex aquâ fecit vinum, ita ipsis ex vasis majoribus & spatiosis minora & angusta facere liceat, Agite verò, ingeniosissimæ artis Decora, audiamus, utrum Johannes vobiscum sentiat nec ne. Is Cap. II. Evangelii sui vers. 6. ita scribit: Ἦσαν δὲ ἐκεῖ υδρίαὶ λίθιναι ἕξ κείμεναι καὶ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰσδαίων χωρεῖσαι ἀνά μετρητάς δύο ἢ τρεῖς i. e. *Erant ibi hydriae sex positæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulae metretas binas vel ternas.* Metreta, quæ alio nomine Cadus dicitur, est mensura congiarum decem, ut docet BUDÆUS l. 5. de Assæ. *Decem autem congiarum* (quod è ZEGERO incomparabilem Budæum secuto annotare liceat) *LX. sextarios valent; id est amphoram & quadrantem.* Porro amphoræ vas est tesserarium intus quoquo versus pedale. *Juxta quam estimationē qualibet hydria binas amphoras cum semisse, aut quaternas minus uno quadrante continebat.*

Tanta

Tanta igitur
ceos portat
promta aq
inde non m
ficationis J
enim se Ju
legales, qu
quàm ex tr
stra in loco
hominum c
se videantur
surgit. At
mus noster F
ll. post F. Ep

H

Filiam
Herode Ant
ipso naraliti
accumbent
lationes ad
qui penicill
quod etatem
enim uogam
rem notasse
put Johannis
tulerit specu
tus Tetrarch
matri. Ita r
h autē em π
i. e. Et allatur

Tanta igitur capacitas hydriarum indicio est, eas non fuisse urceos portatiles, sed canales, seu aquales vel lacus, unde deprompta aqua vasis minoribus adferretur ad purgandum subinde non manus tantum, sed etiam calices, juxta ritum purificationis Judæis usitatæ; de quâ Marc. VII, 3. 4. Lavabant enim se Judæi sæpè, non tam ad abstergendas immunditias legales, quæ etiam lotis durabant ferè usque ad vesperam, quàm ex traditionibus pharisaicis. Adde, quod hydriæ nostræ in loco publico & conviviis nuptialibus, ubi pro magno hominum confluxu multis aquis opus erat, destinato sitæ fuisse videantur. Unde novum contra pictores argumentum exsurgit. Atque hanc duplicem rationem observat accuratissimus noster REINHARTUS, in Monitis Evangelicis ad Dom. II. post F. Epiphan. §. 5.

XIII.
HERODIADIS FILIA
SALTATRIX.

Filiam Herodiadis, quæ relicto Philippo, cum ejus fratre Herode Antipa in turpissimo ac nefando conjugio vixit, hoc ipso natalitia celebrante, saltasse in medio coram omnibus accumbentibus, tripudiando & lascivas exhibendo gestulationes ad modos musicos, rectè oculis proponitur ab illis, qui penicillum tractant; sed minus rectè, nisi toti fallimur, quod ætatem & sinum perfectæ viraginis ei tribuunt. Vocatur enim κορσσιον i.e. *puella* Marc. VI, 28. Sed & alium heic errorem notasse juvat, quod nimirum saltatriculam effingunt caput Johannis in triclinium afferentem, quum tamen illud attulerit speculator, allatumque puellæ dederit vel temulentus Tetrarcha, vel ejus jussu satelles ille, ipsa verò tandem matri. Ita namque refert Matth. XIV, 11. καὶ παρέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτῆ ἐπὶ πιάτι, καὶ ἔδοθη τῷ κορσσίῳ καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς, i.e. *Et allatum ejus caput in disco, & datum est puellæ, & attulit*

C

matri

matri suæ. Et Marc. VI, 28. καὶ ἤνεγκε τὴν πεφάλην αὐτῆς ἐπὶ πί-
 θανκι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορψίῳ. καὶ τὸ κορψίον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μη-
 τρὶ αὐτῆς i. e. *Et attulit (speculator) caput ejus in disco, & dedit*
illud puella, & puella dedit illud matri suæ.

XIV.

COENA PASCHALIS MAGNA.

In Cœna illa paschali magna, quam Christus cum disci-
 pulis suis paulo ante obitum suum celebravit, & in qua sacra-
 mentum Eucharistæ instituit, Christus ejusque discipuli com-
 munitè pinguntur sedentes, æquè ut nos hodiè in convivii
 mensæ affidemus; sed huic errori Scriptura reclamât, & mos
 veterum Hebræorum. Scriptura quidem, dum eos mensæ
accubuisse refert, Matth. XXVI, 20. Marc. XIV, 18. Luc. XXII,
 14. Quorum illi id per ἀνακείθαι expriment, hic aliquantò si-
 gnificantius per ἀναπίσαι. Mos autem Judæorum (ceu præ-
 ter alios docet humana & divina literatura instructissimus
 SAUBERTUS noster in Palæstrâ Theologico-Philologicâ p. 80.
 & 281.) hic erat, ut accubitus in paschate necessariò observa-
 retur: Et modus accumbendi talis, ut unusquisque super uni-
 cum lectulum in latus sinistrum recumberet, pedibus terram
 attingentibus. Si verò plures convivæ essent, fiebat iste ac-
 cubitus in circuitu, eo ordine, ut cum duo lectuli essent, om-
 nium dignissimus occuparet locum supremum, alter verò
 inferiorem ab eo, ad dextrum scilicet latus, seu in sinu dignis-
 simi. Si tres essent lectuli, omnium dignissimus occuparet
 lectum medium, alter ab eo lectum superius positum, juxta
 cervical dignioris, tertius autem lectum infra eum, juxta stra-
 gulas pedum ejus, & cum hoc dignior omnium commodis-
 simè poterat loqui. Jam secundum hunc morem probabile
 est, Petrum vel Jacobum à latere Christi sinistro, Johannem
 à dextro, sive illum pone, hunc ante Christum accubuisse.

XV. JU-

Circ
 pictorum
 ineundem
 scilicet tur
 proditurum
 Christus;
 XXVI, 23.
 cilè fit, ut pi
 non placeat.
 MUS ERAS
 bere haud p
 tum sententi
 dixisse; quo
 XII, si indit
 in idem jus in
 aliqui enim e
 te nostra sente
 que præteriti
 quitur de per
 quod ipse Judæ
 Rabbi? quodq
 Prinde meo ju
 isum esset tradi
 ti-ut habes in ip
 fuisse puto: ille

Quod aute
 tam finierit, sa

JUDAS ISCARIOTES.

Circumstantiam aliquam illius cœnæ exprimere conatur pictorum gens, quando Christum & Judam proditorem pariter in eundem catinum offam intingentes nobis proponit, quia scilicet turbatis discipulis, quòd dixisset, unum inter ipsos sese proditurum, & sciscitantibus, quisnam ille esset, responderit Christus: *Qui intingit mecum in catino, is me prodet.* Matth. XXVI, 23. Sed quum dubius sit horum verborum sensus, facile fit, ut pictores vel errent, vel incerti quid repræsentent. Annon placeat ZEGERI sententia, cui adstipulantur BERTRAMUS ERASMUS, BEZA, PISCATOR, & alii? eamq; transcribere haud pigrabor: *Etiamsi secus habeat communis Interpretum sententia, mihi tamen videtur hoc Christus in genere tantum dixisse; quòd significaret, proditorem illum, non modo unum esse ex XII, ut indicarat, verum etiam eadem secum uti mensâ, atq; adeò in idem jus intingere manum, quod arctissima erat familiaritatis: alioqui enim exemplum dedisse videri possit prodendi inimici. Certè nostra sententia adstipulatur editio Græca, ubi propter ἐπέσας præteriti videlicet temporis vocem, manifestior etiam relinquitur de personâ dubitatio & incertitudo. Adstipulatur etiam, quod ipse Judas postea sciscitatus sit à Christo: Numquid ego sum, Rabbi? quodq; eidem Christus ambiguè responderit: Tu dixisti. Proinde, meo judicio, nulli discipulorum apertè demonstravit, quis ipsum esset traditurus, præterquam Johanni, cui secretò percontanti, ut habes in ipsius Evangelio XIII, 25, 26, etiam secretè responsum fuisse puto: ille est, cui ego intinctum panem porrexero,*

XVI.

IDEM.

Quod autem proditor ille ex desperatione miserrimè vitam finierit, sacræ paginæ referunt. Ubi rursus pictores,

C2

pro-

procul dubio istam versionem, Act. I, 18. *Et suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus*, secuti, vereor ne impingant, quando hominem rupto ventre, & prominentibus visceribus, sed qui adhuc suspensus sit ad arborem, oculis subjiciuntur: Nam in fonte ita legitur: και περιης γενομεν & ελακητε υεσος, και εζηχθη παντα & απλαγχνα αυτδ. i.e. *Et praeceps factus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus*. Cum quo loco conferendus ille apud Matth. XXVII, 5. και απεθων, απηχζετο, i.e. *Et abiens, se strangulavit, sive, suspendit laqueo*. Unde doctissimus CAS AUBONUS Exerc. XVI, ad Annal. Baronii colligit, eum, cum cervicem laqueo immisisset, se ipsum ita pendentem validè impulsisse, ut eò citius constrictis faucibus & fracto collo exspiraret, sed violentissimo illo motu disruptum fortè esse laqueum, atque ita proditorem περιη seu in faciem humi dejectum, vel ad saxum asperum, vel ad lignum acutum, quo ventrem sauciàrit & diruperit, atque ita sua effuderit viscera, imegisse, aut aliàs Dei iudicio ventrem ei fissum. *Alii verò (eruditissimi cujusdam Viri verbis utor) Judam suspendio periisse pernegant, vocemque απλαχνα & δερνησιν απλαχη accipiunt, quo genere morbi qui laborant, obstructo spiritus meatu, medii dissilire, & maximo cum crepitu mori solent. Sic Dan. Heinsius in Exercit. Sacr. & Lud. de Dieu sentiunt: quibus adde Buxtorfium in Lexico Talmudico in voce מרכון i.e. angina, à quà nonnulli Judam מכון dictum credunt. Vid. Lightfoot ad Matth. X, 4. Sic à πλάχη & 2. Sam. XVII, 23, Tob. III, 10. juxta Heinsium accipitur. Vossius etiam in Harmon. Passion. p. 216. vocem hanc, de suffocatione, quæ fit ex mærore, apud Ælianum l. 5. Var. Hist. c. 8. occurrere annotat. Refutatà autem horum sententiã, priorem, quam è Casaubono adduximus, amplectitur approbatque laudatus D. CALOVIUS in Bibl. Illustr. ad Matth. XXVII, 5.*

S.

Qui
lus, S. Jo
ponantur
gem, quò
Et sanè celi
bus, nemp
uxore, & M
crucem; se
de longe, o
secuta sint,
AUGUSTI
affirmat dic
gè, si confer
ut crucem ta
potuerint e
bx, quæ lon
MINUS imp
èc in παρδω,
deliquo ceci
AMBROSIU
entibus viris
ra, per quem se
degenera mase

Duplex p
furrectionis C
munt affixione

S. JOHANNES ET TRFS MULIERES.

Quid frequentius, quàm ut præ cæteris dilectus discipulus, S. Johannes, & Maria, mater Domini, sub cruce ejus ponantur, quasi eam potuissent attingere, & versus eam plagem, quò crucifixus prospiciebat, facies & ipsi suas vertissent? Et sanè testatur Johannes c. XIX, 25, de se ipso & tribus mulieribus, nempe Maria matre Jesu & illius sorore Maria Cleophæ uxore, & Maria Magdalena, quod steterint *ὄψιν τῶ σωτηρῶς juxta crucem*; sed Marcus XV, 40. & Lucas XXIII, 49, *ὄπισθεν μακρόθεν de longe*, omnes ejus notos, ut & mulieres, quæ eum è Galilæa secutæ sint, *μακρόθεν* procul stetisse ajunt. Quæ testimonia S. AUGUSTINUS l. 3. de Consensu Evangel. c. 21. conciliaturus, affirmat dici posse, & longè à cruce, & juxta crucem fuisse. Longè, si conferantur ad milites & satellites, qui tam propè erant, ut crucem tangerent; Juxta verò, quia vocem Christi facile potuerint exaudire, ob vicinitatem, quod non potuerint turbæ, quæ longissimè aberant. Quam collationem BELLARMINUS improbat de VII. Verb. Dom. l. i. c. 8. Nota autem *ὄψιν μακρόθεν*, matrem Domini, dum filius in cruce penderet, non deliquio cecidisse, sed viriliter sterisse. *Stabat enim*, inquit AMBROSIUS in Institut. Virg. c. 7. *ante crucem mater, & fugientibus viris stabat intrepida. Spectabat piis oculis filii vulnera, per quem sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo, quæ non metueret peremptorem.*

S. PETRUS.

Duplex pictorum error est, quod S. Petrum tempore resurrectionis Christi senem pingunt, mortemque ejus exprimunt affixione ad crucem: Cum tamen Christus resuscitatus

ei senectutem, tanquam futuram, & talem mortem, quâ funibus in cruce ligandus esset, prædixerit. Prophetia hæc exstat Joh. XXI, 18. quam heic unâ cum JANSENI commentario exhibere placet: *Amen, amen dico tibi, cum esses junior ætate, cingebas te & ambulabas, ubi volebas, expeditus videlicet ac liber: cum autem senueris, quo Græci observant significari eum tunc fuisse mediæ ætatis, prout etiam ex annis, quibus supervixit, colligitur, extendens manus tuas, in crucem, hoc est, crucifigeris, inquit August. & alius te cinget, id est, cingulis cruci adstringet. Tunc enim Petrus ab alio cingitur, cum cruci adstringitur, inquit Tertull. in fine Scorpiaci. Quo indicare videtur, magis funibus in cruce suspensum, quàm clavis affixum fuisse.*

XIX.

S. STEPHANVS.

Agite, pictores, liceat bona cum pace vestra, unicum addere, quo huic opellæ colophonem imponamus. S. Stephani protomartyris lapidationem artificiosè quidem pingere soletis, sed quantum veri habeat illud, quòd genibus innixò, manus relinquitis liberas, & cælum versus extensas, lapidumque solùm à turba in sanctum caput projectorum fuscæ procellæ, absque testium expressione, nobis exhibetis, statim patebit, si & Scripturam, & Antiquitatem, quæ morem lapidationis apud Hebræos usitatum, quasi ad vivum delineat, inspicere & observare haud gravati fueritis. Scriptura certè Stephanum tam à testibus, quàm à populo lapidatum fuisse innuit Act. VII, 58. 59. Quamvis enim ista per tumultum acta sint, & quidem violatâ Præsidis provinciæ auctoritate, non tamen populus tantùm, sed & testes exsequi voluerunt lapidationem, sine dubio ut actionis, juxta legem divinam, quæ Deut. XVII, 7. exstat, observatæ speciem ei inducerent. Quibus verò ritibus aliàs peracta sit lapidatio, & quinam huic supplicio subjecti, optimè omnium docet FA-

GIUS

GIUS ad
fuerunt
tio. Decen
dur; vide
vel cum n
jumento.
tra; qui d
lator sabb
ad idolola
cus lapida
Educa bla
Confistorii
remotius co
& diceret:
teum, quo
Quin & ip
Confistorium
num aliqua
qui in via ob
batur: Sin
centiam, ca
tum, dicens
te, eò quod tra
sunt testes ej
libona esse po
tionis ad huc
sient omnes,
niva consisten
de dehan, qu
gloriam De
in dehan & d
Israel, & sic
conturb. sti

GIUS ad Ex. XXI, 16. Hebraei sic tradunt: Quatuor mortes traditæ fuerunt Consistorio, Lapidatio, Combustio, Decollatio & Strangulatio. Decem & octo genera hominum ex Lege lapidatione puniebantur; videlicet qui rem habebat cum matre, vel cum uxore patris; vel cum nuru; vel cum virgine desponsata, vel cum masculo, vel jumento. Mulier item prostituens se jumento, blasphemus, idololatra; qui de semine suo Moloch offerebat; pythonicus, ariolator, violator sabbati; maledicens patri, aut matri; incitans, & impellens ad idololatriam; prestigator; atq; filius protervus, & rebellis. Locus lapidationis extra Consistorium fuit, juxta id, quod dicitur: Educ blasphemum & c. Unus autem aliquis stabat ad ostium Consistorii tenens linteum in manu, à quo alius quidam cum equo remotius constitutus erat, in eum scilicet usum, ut si quis veniret & diceret: Habeo, quod dicam pro liberatione rei, movebat ille linteum, quo viso, qui equo insidebat, reum sistere gradum faciebat. Quin & ipse reus si diceret, se habere quo se purgaret, rursus ad Consistorium reducebatur, idq; quater & quinquies, modò non vana aliquid diceret. Ideo attribuerunt illi duos viros sapientes, qui in viâ observarunt verba ejus; quæ si non vana erant, reducebatur: Sin verò nihil inveniebatur, quod faceret ad ejus innocentiam, educebatur ad locum supplicii. Et prece antecedebat eum, dicens: Vir ille, filius istius egreditur ut plectatur tali morte, eò quod tale peccatum admiserit, illo tempore, hoc in loco; & isti sunt testes ejus. Quisquis igitur est, qui aliquid novit, quod illi bono esse potest, veniat ut indicet. Si procul abest à loco lapidationis adhuc aliquot ulnis, dicitur ei: Confitere: Sic enim facere solent omnes, qui mortis supplicio afficiuntur. Quicumque enim confitetur, partem habet seculi futuri. Ita enim invenimus de Achab, quod Jehoschub dixit ad eum: Mi fili, da quæ sò gloriam Deo Israel, & da ei confessionem. Cui respondit Achab & dixit: Utique peccavi in Dominum Deum Israel, & sic atque sic feci & c. Et ait Jehoschuan: Quia conturbasti nos, conturbabit te Dominus in die hac & c.

Hoc est, hoc die tu quidem conturbaberis, non autem in seculo futuro. Quod si quis ignorabat rationem confitendi, dicebatur illi: Dic, sit mors mea expiatio omnium peccatorum meorum. Postquam vero confessus est, potatur vino thure confecto, in hoc, ut inde ratio ejus turbetur, atq; vehementius inebrietur secundum illud, quod dicitur: Date siceram perituro & vinum eis, qui amaro sunt animo. Post illam vero potationem mortem luebat, quam commeruerat. Constat quoq; ex traditione, honestas matronas Hierosolymis fuisse, quae sua sponte hoc genus vini suppeditabant. Reo quatuor cubitis à loco supplicii distanti vestes extrahabantur. Viri quoq; pudenda tegebantur; mulieris vero & anteriora & posteriora. Quidam tamen ex Sapientibus dicunt, virum nudum lapidatum fuisse, non autem mulierem. Locus lapidationis altitudinem duorum cubitorum, ad quem reus vinculis manibus ascendebat. Illum alter testium præcipitem dabat è sublimi: ex qua præcipitatione si non fuit mortuus, elevabant testes lapidem ibidem jacentem, habentem pondus duorum hominum, quem alter testium super eum projiciebat. Quod si ne sic quidem mortuus fuit, tum demum accessit totus Israel, & lapidavit eum, juxta illud: Manus testium erit in eo primum ad occidendum eum, dein manus universi populi. Quando vero puella desponsata scortata est, lapidata fuit ante fores domus patris sui, vel ad fores porta civitatis. Omnes lapidati suspenduntur. Tametsi quidam ex Sapientibus dicunt: Blasphemum tantum & Idololatram suspensos fuisse. Vir ita suspendebatur, ut faciem haberet versus populum, mulier vero versus stipitem. Hæc Fagius, antiquitatum Judaicarum solertissimus indagator. Atque in eodem studio clarissimus LIGHT-FOOT ad Marc. XII, 4. annotat, in λιβωλοια à Synedrio decreta, testes lapidem illum grandissimum jecisse in cor damnati, cum jam jaceret supinus.

Sed manum de tabula.

